Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Eadem die discretus vir Richardus civis de Nemburg rusticus Patauien
diocesis etatis sue annorum Tunquam quinquaginta quatuor contestes prefate domine
quondam Michaelis Prantner fuit examinatus et secundum interrogatoria
ipsi prenotata interrogatus qui deposuit super omnibus articulis in omnibus
et per omnia ut proximus prescriptus contestis videlicet Caspar Kiemhser
super eisdem deposuit Nisi quod dicat se vidisse per aliquos annos vnam
mulierem sicut premittitur more quadrupedum incedentem sed eam
noticiam ipsius non habuit credit tamen illam esse quam ibi coram domino
Commissario vidit

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die discreta mulier Dorothea vxor Stephani Zawner de dicto loco
etatis sue annorum Tunquinquaginta Contestis prefate domine quondam
Michaelis Prantner deposuit super omnibus articulis in omnibus et per
omnia eciam super miraculo in prefata domina ostenso prout Secundus
proximus prescriptus contestis super eisdem deposuit quia eandem dominam
vidit nouit et nosciit vt idem deponit

Et fuit eidem Testi iuramentum prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinata et secundum preterea interrogatoria inter
rogata discreta mulier Katherina vxor Martini Lucedinus de dicto
loco contestis prefate domine quondam Michaelis Prantner que in omibus
et per omnia super articulis et eidem miraculo concordat cum prescripto
contestis Caspar Kiemhser et cum proxima contestis Dorothea vxor
Stephani Zawner

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus Discretus vir Burkhardus Mayer de dicto
loco etatis sue annorum Tunquinquaginta quatuor vel circa qui deposuit
super miraculo in quodam Michaele Koler de eodem loco ostenso interrogatus
iuxta interrogatoria prenotata Dictus testis tam super articulis quam
eciam dicto miraculo concordat in omibus et per omnia cum Quarto
proximo prescripto teste videlicet Caspar Kiemhser quia dicit se tuc cum
Michaelis in quibusdam fuisse

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinata discreta mulier Helena vxor Petri Schezel
de Nemburg rusticus Patauiens diocesis sue etatis annorum Tuqm
ta sex vel circa deposuit ut sequit

Et Primo super Primo Secundo et alijs articulis vsque ad octauum
inclusive testis examinata dicit articulos fore veros quia semper a
senioribus suis audiuit